

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vocabularius

Nestor, Dionysius

[Venedig], 26. Juni 1488

Nostoris Dionysii Novariensis [...] ad [...] Lodovicum Sphortiam / in opus
eius excellentiae dicatum versus incipit

[urn:nbn:de:bsz:31-299724](#)

M. Conig. Augia dicitur

Nestoris Dionysii Nouariensis ordinis Minorum de obseruantia
ad illustrissimum principem Lodouicu[m] Sphortiam i opus eius,
excellentiæ dicatum uersus incipit.

X
Anguiger hunc princeps tu qui auxiliaribus armis.
Tutor ades domino Mutinæ Lodouice libellum.
Accipe quem tota tibi Nestor mente dicaui
Strenuus ut bellis sic donis teste Minerue.
Ingenioq[ue] ualens quando tibi quid uacat oci.
Hunc legitio: hoc curas post ardua gesta leuato:
Ardua gesta loquor: quis toto partus in orbe
Semper honos nomenc[re] tuum laudesq[ue] manebunt.
Rebus nempe suis socium petit Itala tellus:
Imprimis Xystus diuus summusq[ue] sacerdos:
Te quoq[ue] Partenopes rex Hetruicu[m] senatus
Dux Mutinæq[ue] socer: fluiiq[ue] Bononia Rheni.
Gaudet & ipsa tibi iuncta esse Gabaudia: & urbis
Inclytus ipse nouæ princeps & classe superba
Metropolis Ligurum: Promptum teq[ue] excit in armis
Pro socero inuicti magnum qui nomen adeptus
Herculis inuisos te p[re]side conteret ausus
Hostis: & Italæ dabis aurea tempora pacis.
Si quibus Ausonius fama immortalis auorum est
Principibus parti si sunt uirtute triumphi
Ante alios leget ipsa tuos haec posteraque ætas.
Ipse canet pugnas uates: & fortia dicet
Prælia: teq[ue] tuaq[ue] sonabit carmine palmas.
Perge igitur: superosq[ue] habeas ad uota secundos.
Ii tibi dent gazas Arabum: dent Nestoris annos:
Fortunam Augusti & sceptræ imperiosa monarchæ.
Armatasq[ue] meo hoc firmes sermone ceteruas.
Hectorei locii mecum durate sub armis.
Sacra etenim (si fas tamen est) per numina iuro:
Stamina si geminos lachesis mihi nerit in annos
Imperitanti hostes cogam stricto ense subactos
Lingere humum coram: & saeva præ strage dare hærbas
Tunc omnis spoliis tunc & fulgentibus armis
Electis pariter & equis opibusq[ue] superbis
Donabo: ac magno (durare age) semper honore.
Hinc bellis p[re]dicta inde iocis fuluisq[ue] micanti
(Dona ubi pensa) tholis mecum dignabor in aula.
Iamq[ue] uale: studioq[ue] uacet mens alta salubri:
Aspiresq[ue] tuo princeps clarissime uati:
Fratrum apud Excelsum precibus seruande meorum.

